



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

61. Pileus in sacro qualis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

ropa libitorum copiam , sed generatim omnibus , ob allatum Bellatm
ni sapientissimi Cardinalis ad Christianos Sinas epistolam , tam san
ctam ap̄t̄mque illorum tempori & conditioni , vt si foret iis officio
pater , & pr̄sens expertus quæ boni pastoris sollicitudine egebant.
Visus est illis Romæ spectasse diuinitūs , quām tunc immaniter in Ec
clesiam Sinensem debaccharetur tyrannus Scin , computatīsque tem
poribus , in necessariam Epistolæ scriptio cadebat malorum pr̄esen
tiōm consolationem . Sed enim vidente , ac vaticinio , nihil opus hic
fuit ; norat vir , Dei ac diuinorum intelligens , esse adeo solenne Ec
clesiarum fundamenta , sine lachrimis , & crōre inter ethnicos non
mitti , vt si aliud contingat , miraculo id assignandum sit . Huic Epistolæ
ne multi responderent , idcirco Patres obstitere , quod capitale sit inco
lis literas extra regnum dare . Sed teneri nequivit Doct̄or Leo , qui omniū
nomine ad Cardinalem redderet literas quibus inter alia [mirisicē sus
picit illam eius in Sinas charitatem propriè ac singulariter Christia
nam , vt quæ minimè ad eos attenderet , velut gentem , natura , mo
ribus , & cœlo externam , & barbaram ; sed caram , amabilem &
perinde acceptam vt si foret , aiebat , yobiscum vna gens , & vnu
sanguis , idque propterea quod idem sit omnibus pater deus , vita
eadem , fides , & gratia , paradiſus idem , & patria .] Sub hoc fere
tempus egere cum Patribus Doct̄ores Leo , Pauus , Michaēl , & alij
quidam de pilei forma quem adhiberi à Sacerdotibus sacrificij tem
pore oportet , ex beneficio priuati iuris à Pontifice concessi . Ne es
tent iudem cum profanis quos gestant Literati , sed pr̄ferrent ali
quod arcanum , venerabile , & sacrum , placuit igitur inter multos
varij generis , quadratus ē nigro serico pileus , palmo altior quām
noſtri , fīſcia pr̄textus diuersi coloris eleganti , & portatum trium ,
tribus per singula latera figuris , repr̄äsentante B Ioannis cœlestem ,
Ierusalem nationibus vndique patentem vniuersit , Apostolorum duo
decim pr̄econio in eam vocatis . Hinc huius pilei vſus inualuit , quem
mysterij adumbrati intelligentia Christianis fecit gratissimum . Non
dabo his annis duobus conuerſiones numeroſas pr̄ecedentium anno
rum , tametsi de noſtris viginti , diuersæ Provinciæ colonos habue
runt , tredicim Sacerdotes , alios Catechistas , at paſſim baptismo
laſtati ſunt vix plures ſexcentis ; quod per Regis edictum , & Scini
tyrannidem , nusquam licet ſtare , aut aliquid niſi clam &
extra publicum agere , ac fatebatur Scin Patres homines eſſe doctri
na excellenti , vitæque inculpatæ , ſibique id post tam accuratas , &
iuridicas quæſtiones conſtar certius quām cuius alteri , procul ta
men , & quām longissime arcendos , ob doctrinam religionibus avitis
inimicam , & amicioti necessitudine ſuos diſcipulos & ſequaces cum
pellendos extermis iungentem . Nulla erat tunc noſtris toto regno ſedes ; nulla ait .
edes ſacra niſi ad Riccij ſepulchrum , Pauli Doct̄oris ſolertia ægrē
nobis ſeruatum ; pr̄ebebat illis hospitia priorum benignitas , vbi ad
paucos

61.
Pileus in fa
cro qualit

62.
Scin , vitam
& doctrinam
noſt. laudat,
regno tamen
mimicam
pellendos